



**Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philip *<Eichstätt, Bischof>*

Ingolstadii, 1617

V. De aliis quibusdam Ecclesiæ Eystettensis patronis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](#)

CAPVT V.

De aliis quibusdam Ecclesia Eystetten-sis Patronis.

N libro, quem Guodackarus Episcopus Eystettensis pingi & scribi curauit, ante picturas Episcoporum; visuntur imagines patronorum Eystettensium; ex quibus primarius S. Bonifacius, medius inter S. Willibaldum & S. Wunibaldum. S. Bonifacio vel iconi eius adscribitur hic versiculus antiqui styli & æui.

Esse Bonifacius fac nos bonitate capaci.

S. Willibaldo iste.

VVillibalde tuus fer opem per dona salutis.

S. Wunibaldo iste.

VVunibalde tuos regem cum cunctis Sualafeldos.

De S. Willibaldo & S. Wunibaldo satis iam diximus. De S. Bonifacio post rerum Moguntiacarum libros Serarij aliquid dicere, esset post Homerum, Iliadem & post Virgilium Æneidem scribere. Quanquam passim his Orationum libris aliquid de S. Bonifacio interspersum est: qui eò maiore in veneratione & pretio apud nos esse debet, quò acerbius & truculentius ab Hæreticis flagellatur, nominatim à Balæo Centuria II. & X I V. Scriptorum Britanniæ, & ab Illyrico Centuria V III. & in Catalogo testium veritatis: Nam huius adeò immanis insectationis alia non est cauſa, quàm quia S. Bonifacius Romanæ & Apostolicæ Sedi addictissimus erat; ab huius nutu totus pendebat, ad hanc omnia referebat: ab hac responſa exspectabat & expetebat; hanc de minimis maximisq; rebus certiorē reddebat, præcipue de rei Chri-

stianæ

stianæ in Germania progressu, fidei q; propagatione & viatorum extirpatione. Eam ob causam vociferantur Balæus & Illyricus, Bonifacium non tradidisse Germanis fidem Christianam; sed Romanam; quasi hæc diversa sita Christiana, aut temporibus S. Bonifacij habita fuerit diuersa, nisi forte à pauculis quibusdam exotericis capitonibus, quos totus orthodoxus tunç mundus detestabatur.

Placet tamen Illyrico, quòd Bonifacius, quem pro sua in illum reuerentia maleficiū appellat, Pontificibus Romanis nonnulla Romæ fieri solita, indicari; quibus peregrini offendebantur & scandalizabantur. Quasi verò nesciamus Romæ, ut & in aliis magnis verbib; suis, esse, & futura esse vitia, quæ emendatione & eradicatione egeant, quibus patefaciendis Bonifacius bonam operam, & ipsis quoq; Pontificibus gratam nauavit: nam quòd Illyricus præterea oggerit, Bonifacium, tanq; uam legem Tyrannicam, condemnasse interdictum de matrimonio ineundo inter compatres, id purum putum est mendacium; nihil enim aliud dicit in epistola ad Nothelmum, quam se nihil hacdere in patrum decretis vel canonibus, & in sacro eloquio reperisse; rogatque, ut si quid huiusmodi Nothelmus compertum habeat, id secū communicet, & ex igoarō gnarum faciat; se verò Romanis, quoad hoc coniugij impedimentum, obtemperare nolle, ne minimo quidem verbulo insinuat.

Similis vanitas est, S. Bonifacium, non suis certum de primatu Papæ: imò adeo certus fuit, ut nil nisi conscientia agere, aggredi, constitueret, vel decernere voluerit: nam quòd in epistola ad Cuthbertum, ita scribit: *Sic enim, nisi fallor, omnes Episcopi debent Metropolitano, & ipse*

Ipse porro Metropolitanus Romano Pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere, &c. id nullius dubitationis argumentum est: nam illud, nisi fallor; non semper incertitudinem significat; quia saepe etiam valde certi hac phrasim uti solemus; ut si dicam: Sic enim, ni fallor, Imperator in Imperio Romano summus Princeps est, cuius aperi omnes subduntur. An ideo hac formula loquendi significo, me dubitare, vel certum non esse, an Imperator sit summus in Imperio Princeps? Sed iam ultra pergamus.

Post tres supradictos patronos sequitur S. Vitus, cui hic versiculus attextur.

Vite pueri fortis pene nos subtrahem mortis.
cuià dextris est S. Walpurga cum hac inscriptione.

Nos VV Walpurga Deo conterminet Anglica virgo.
A sinistris Gunthildis, de qua suprà, cù hoc carmine.

Tu prece condigna Gunthildis adest benigna.
Ex altera parte sequitur S. Sola Abbas hac epigrapha.

Fac solera vita nobiscum Sola manere.
A dextris habet Dedickerum hoc adiunctum versiculo.

Sit Dedickerus pribippe altera clero.
Ex altera Katoldum cum hoc epigrammate.

Viscera peccati poscat medicina Katoldi.
His subiungitur in medio Gotthardus cum hoc versiculo.

Gotthardi votis veniat protectio nobis.
Sed quis iste Gothardus? Num Episcopus Hildesheimensis, antea Abbas Altahensis in Bauaria? A dextris est imago cum hoc carmine.

Nobis Annodatos fac annos esse beatos.
A sinistris alia cum hac inscriptione.

Crimine polluto veniam prece conferat Vto.

100

gustiniano Luci varijs Ordinibus pag. 29. scribit, ex Reliquis Willibaldi Episcopi Eystettensis manasse sacrum liquorem, malebentibus salutiferum. Vbi A postata miraculum, quod sororis Walpurgae, transfert inscienter ad S. Willibaldum, sine vlo vilius Auctoris testimonio.

Pag. 408. v. 20. *Anonymous*. Adde: Rofert Brovverus noster lib. 2. Antiquit. Euldenium cap. 12. veterem uandam inscriptionem ad Altium pertinenter, ux est ista... Anno Dominica Incarnationis DCCCXIX. indictione XII. mense Ianuarij XVI. Kalend. Febr. dedicatus est hoc templum ab Altino. Episcopo Ebstiensis Ecclesia in honorem S. Salvatoris Domini videlicet nostri IESV Christi, & S. Dei Genitricis Mariae, & S. Ioannis Baptista, & S. Petri Apostoli & ceterorum Apostolorum Domini, & S. Bonifacij Martyris Christi, & aliorum plurium Martyrum Confessorum & SS. Virginum. Haec tenuis inscriptio, quam refert Brovverus ad ipsum S. Solae dicmicionem. In numerum tamen irrepsit mendum; nam Anno Christi 819. Altinus seu Altinus cathedralm Willibaldinam needum obci-
autrat,

epitha ipse steagm' insigne ferhi.
in medio ex tua necesse Et ferreis clavis
eninetiq' undiq' armata. Tunculi nigrum
insigniorum appropi dana' sidi. inscriptio
rac. iiii summo solitarii ha p
copiedi complexa litera

ΣΙΡ
ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
ΠΡΩΤΗΣ
ΤΚ ΜΕ

lege hinc in Bohemia epigraphae: a somnita
abulosa in hoc puto vere q; Amalopes
Macedoniam inchoerint. Vnde in Bohemia

De his vt verum fatear, nihil mihi compertum est,
neque quidquam in antiquis monumentis reperio:
Qui repererit, is nobiscum communicet, in primis
quis sitiste Vto, quis Annodatus, quis Katoldus, quis
Dedikerus. Fortè fuerūt Monachi Benedictini S. Wil-
libaldo Synchroni, vel adiutores in agro Domini ex-
colendo. ~~Est apud Aventinum lib. 4. Annalium Vro~~
~~Eremita, quem Carolus Magnus primum Abbatem~~
~~Monasterij Merensis ab eo conditi constituit. De qua~~
~~fundatione exstat Merene Diploma Caroli Magni da-~~
~~tum anno Redemptoris DCCC. LXXXII. Sed quis~~
~~exponat nobis, num iste sit Vto, de quo noster veri-~~
~~culus?~~

Ja Margine circa imagines isti versiculi leguntur.

Gundekar Antifles vix tali nomine dignus.

Quæ humilitatis vox est, cuius iste Gundekarus stu-
diosissimus erat, Auctor libri & imaginum,

Constituit vita Deus hoc exemplar utriusque

E quibus hoc mundo sonuit vox ore rotundo.

Me precibus sacris rogo de virtutis reparatis.

Sparsa fides verbis in eis nec mansit inermis.

Mirum porrò à Gundackaro omisum S. Richar-
dum, vnum, ex potissimis Ecclesiae Eystettenishoc
tempore patronum. An eo tempore Richardi vene-
ratio nondum palam suscepta, & in usum introducta
era? Aliiquid subesse oportet, quidquid tandem illud
sit: nam vt silentium hoc obliuioni Gundackari attri-
buas, nihil efficies, quia id omni verisimilitudinisco-
lore carec.

Sed vide, quin & effusè ride, lepidum quoddam
& rosis coronandum caput. Abraham Saur quinti Euan-
gelij Sectator, in Diariosuo historico ad 7. diem Fe-
bruarii,

78 An Katoldus ieu
Cataldus est ille, cuius anniversariam memoriam Mar-
tyrologium Romanum signat X. die Maij: qui Taren-
tinorum in Calabria olim Episcopus, nunc primaria-
tius patronus est, natione Hibernus. Hoc constat,
ante & post aduentum S. Willibaldi, in Germaniam,
plures sanctimonias vitæ celebratos Christianæ fidei
doctores cum S. Kiliano Martyre & Apostolo Fran-
co-niæ ex Hibernia profectos, illustrasse Euangelijs luce
loca Eystadio confinia; Et multo adhuc plures Socios
Hibernorum S. Ruperti & S. Virgilij, Episcoporum Sa-
lisburgensium, & alios S. Erhardi & S. Alberti, (qui
Ratisbonæ requiescunt) omnes ferè angulos Bauariae
& Norici miraculis, virtutis exemplo, & verbo Dei re-
pleuisse, ex quorum numero unus fortassis Katoldus
iste Eystadiensis fuit, nisi quis malit eum accensere
primis indigenis Monasterij, quod in Eystettensi sub-
urbio Scottis seu Hibernis iam olim exædificatum est.

78 Est apud Aventinum lib. 4.
Annalium Boicorum Vto sive
Vtho Eremita, quib[us] canit
Magnus primus Abbatum prima
scripti ab ea monasteriis abs se con-
stituti constitutis, & quo nido
etiam thundiu in Stephopolis m
h. p. Caniculum & Tongilium on.
S. Bonaventura Augustus Vindelicorum
ad s. Vitalium Apollini. Sed quis
est nos faciat utramque per-
tem, esse hunc de genere supra
scriptus uersus uulgaris

Crinibus polluto uenient prece
Graecia Vto

bruarij, conatur S. Richardum ex antiqua statione & possessione, quam tot annis in Calendario obtinuit, exturbare, in quelcum eius substituere. At quem: Robertum Barns Anglum, flagitiosum Apostatam, qui Witebergæ cum Lutherô Lutheranus erat; cum Zwinglianis in Anglia Zwingianus; quem ipse met Henricus VIII. Rex iam ab unitate Ecclesiæ segregatus, & in schisma miserabiliter lapsus, flammis voracibus absumentum tradidit. En, lector, quis sit illus tantus, cui S. Richardus cedere iubetur, idque ex edito eius, cui si vel unus boni viri pilus fuisset, ab hac permutatione abstinuisse, neque in locum *Angeli*, Anglum nulla dote quam perfidia magis spectabilem, sufficere studuisse.

CAPVT VI.

RHYTHMI MEDIBARDI DE
MIRACVLIS S. WALPVRGÆ, QVÆ
WOLFARDVS HASENRIETANVS
quatuor libris complexus est:

Nunc primum

Ex manuscripto Codice Bibliothecæ Episcopalis Eystettensis publicati.

N Alpurge sacra tot signis glorificate,
Prosaicè scriptam * rhythmo libet edere vitam;
Virginis eximia placeat laudes iterasse;
Quas iterat signis Rex Regum quotidianis.
Filia regis erat, sed egenam se faciebat,
Divis ut in Christo regnaret semper in ipso;
Quam sit chara Deo monstrant miracula crebro.

* Soluta oratione scriptam à
Wolffardo.